

Ex Regell. in  
Secret. Disp.

Imponit in Portugallia, & Algarbiorum, ac Sicilia ultra Pharam Regnis, necnon in Indiis Occidentalibus unam Decimam semel Philippo Quarto Hispaniarum Regi persolvendam, ut opem Ferdinando Secundo Imperatori ferre possit.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Referet con-  
cessam alias  
Philippo Hi-  
spaniarum Regi  
Decimam su-  
per Beneficiis  
Ecclesiasticis  
Hispania, ut  
opem Ferdin-  
ando Impera-  
tori ferre possit.

§. 1. Alias ad funestos hereticorum in Germania motus, & intestina Bella, quibus Provincia illa misere vexabatur, ut charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem electo, in illo calamitoso rerum statu opem ferre possit, supplicationibus ejusdem Philippi Regis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, unam decimam super Ecclesiis, & Beneficiis Ecclesiasticis Regnorum Hispania, & Insularum illi adjacentium, ad effectum predictum imposuimus, ipsique Ferdinando Regi in Imperatorem electo, & religioni catholicae ibidem periclitanti, de propriis nostris, & hujus Sanctae Sedis pecuniis, quantum cum Domino potuimus, etiam opem tulimus.

Idem sub-  
stantibus cau-  
sis Rex ad Be-  
neficia Portu-  
gallia, India-  
rum Occid.,  
& Siciliae ex-  
tendi petit.

§. 2. Cum autem, sicut dictus Philippus Rex Nobis nuper exponi fecit, eadem causa defensionis fidei catholicae in dicta Provincia, & auxilii, eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo praestandi etiam ad praesens vigeat; Nos, ut dictus Philippus Rex in eodem Ferdinando Rege in Imperatorem electo adjuvando, & communi reipublicae christiana causa sustinenda melius continuare possit, super aliorum ejusdem Philippi Regis Regnorum, nempe Indiarum Occidentalium, ac Portugalliae, & Algarbiorum, necnon Trinacriae scilicet Siciliae ultra Pharam Ecclesiis, & Beneficiis Ecclesiasticis aliam Decimam imponere deliberavimus.

Annuit Urba-  
nus.

§. 3. Supplicationibus itaque ipsius Philippi Regis Nobis denuo humiliter porrectis inclinati, de attributa Nobis a Domino apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium indicimus, & imponimus unam integram semel, & in praesenti, aut saltem proxime subsequenti anno exigendam, & persolvendam Decimam juxta ratam a nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, quoad Indias praedictas, quo vero ad Regna Portugalliae, & Algarbiorum a juriis, & spoliis Camerae Apostolicae ibidem debitorum collectore generali nunc, & pro tempore existentibus, & quoad Sicilia Regnum praefatum respective a persona per Nos deputanda taxandam, fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, emolumentorum in quorumcumque, ac di-

tributionum quotidianarum omnium Ecclesiarum Archiepiscopali, Episcopali, Collegiatarum, Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam Mensarum Abbatialium, Capitularium tam Cathedralium, & Metropolitanarum, quam quarumcumque Collegiatarum Ecclesiarum praedictarum, necnon Conventualium, Prioratum quoque, Praepositarum, Praeceptoriarum, Canoniarum, & Praebendarum, Dignitatum, Personatum, Administrationum, etiam Fabrica, & Officiorum, ceterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac Sancti Augustini, Cluniacen., Cisterciens., Praemonstraten., & quorumcumque aliorum Ordinum utriusque sexus etiam Mendicantium annuos redditus habentium tam virorum, quam mulierum, necnon Congregationum regularium, Institutorum, & Societatum, etiam Societatis Jesu, & praeterea Hospitalium, necnon Sancti Jacobi de Spata, Alcantara, Calatrava, de Avis, & Montesia, necnon Sancti Lazari, & aliarum quarumcumque Militiarum, ac locorum piorum, exceptis Fratribus Militibus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, qui pro sui tutela contra Turcas, & alios Infideles, alienis auxiliis quotidie indigent, necnon Ecclesiis Cathedralibus, quarum mille ducatos monetae Hispaniarum ad rationem undecim regalium pro quolibet Ducato, ac Parochialibus, etiam Doctrinis in partibus Indiarum hujusmodi nuncupatarum fructus centum ducat. similes annui redditus non excedunt, quos pro eorum congrua sustentatione sufficere accepimus, & etiam illis Ecclesiarum Cathedralium Praesulibus, seu Antistitibus, aliisque personis ecclesiasticis, qui, & quae ratione Ecclesiarum, & Beneficiorum per eos obtentorum, & obtinentorum, ac pensionum sibi pro tempore reservatarum fructus unius mensis earundem Ecclesiarum, Beneficiorum, & pensionum eidem Philippo Regi juxta concessionem illi a Nobis ad certum tempus nondum elapsam factam, altero dictorum duorum annorum persolverint, ita quod non eodem, quo solverint, sed immediate subsequenti anno dumtaxat ad ejusdem Decimae solutionem teneantur; ac similiter Decimam omnium pensionum super praemissis assignat, & assignari percipient, & exigendam a quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, Primatibus, Praepositis, Decanis, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Abbatissis, Priorissis, Fratribus, Militibus, & Presbyteris, ac Clericis, aliis quocumque nomine nuncupatis secularibus, & regularibus, ceterisque cujuscumque dignitatis, status, & conditionis existentibus praefatas quocumque jure, modo, occasione, & titulo obtinentibus, seu detinentibus, & obtenturis, necnon Oeconomis, & Administratoribus perpetuis, seu tem-

temporalibus, usufructuariis, ac fructus, pensiones, & alia quaecumque hujusmodi jura, & bona ex quacumque causa quavis auctoritate in toto, vel in parte sibi reservata, aut concessa habentibus, vel habituris secularibus, & regularibus Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, Militiarum, & Hospitalium praefatorum, necnon ab ipsis Ecclesiasticis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitalibus, Militiis, Mensis, Massis, & Locis quocumque privilegio, & exemptione reali, personali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continuata suffultis etiam quacumque prerogativa gaudeant, & alias in generali dispositione non includantur, sed speciali, ac individua mentione digni sint, quos omnes (exceptis supradictis) Collectores, ut supra deputandis volumus Decimam praedictam juxta taxam praedictam infra praesentem, seu saltem immediate subsequentem annum integre persolvisse, decernentes nullas omnino exemptiones, & immunitates exactionem hujusmodi impedire posse.

Claufula.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quis modus  
in Decima hu-  
jusmodi exi-  
genda servari  
debeat.

§. 5. Ut autem supradicta diligenter, & fideliter executioni demandentur, eisdem Nuntium, & Collectorem, ac personam per Nos, ut praefertur, deputandam in Decima praedicta Collectores respective, cum omnibus iuribus, quae aliis hujusmodi Collectores de jure, vel consuetudine quomodolibet competunt, auctoritate, & tenore praedictis constituimus, & deputamus. Mandantes, ut quid quid inde per se, & personas ecclesiasticas a quolibet illorum respective deputandas, seu Subcollectores Ecclesiasticos suos exegerint; id omne, & totum integre, & absque ulla diminutione, retentione, seu participatione Thesaurario ipsius Philippi Regis in supradictos defensionis fidei catholicae in Germania, & non alios usus convertendum consignari faciant, receptis tamen a Thesaurario in actu cujuslibet consignationis attestationibus, & quietantis duplicatis ejusdem Thesaurarii de iis pecuniarum summis, quas ipsi Thesaurario Collectores praedicti solverint, ac eisdem Nuntio, Collectori, & personae per Nos deputanda plenam, liberam, & amplam, ac absolutam potestatem, taxam, & repartimentum hujusmodi pro praedicta Decima dumtaxat exigenda, omni, & quacumque appellatione, recursu, nullitate dictione, ac in integrum restitutione prorsus remotis faciendi, & praescribendi, praefatos omnes ad Decimam hu-

jusmodi pro rata quemlibet juxta praedictam taxam tangente persolvendum, etiam per edictum in locis publicis assignandum, & sub censuris, & poenis ecclesiasticis monendi, & requirendi, non parentes, contumaces, & fraudantes in censuras, & poenas praedictas incidisse declarandi, proprietates, fructus, res, & bona ipsorum apprehendendi, & usque ad satisfactionem retinendi: Contradictores, perturbatores, molestatores, & rebelles quoscumque, eiusque auxilium, consilium, vel favorem publicum, vel occulte quovis quaesito colore praestantes cujuscumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, praefatis, aliisque censuris, & poenis ecclesiasticis, necnon pecuniariis, ceterisque juris, & facti remediis opportunis compellendi, illaque etiam iteratis vicibus aggravandi: eos vero, qui debite satisfecerint, ab omnibus censuris, & poenis supradictis in forma Ecclesiae consueta absolvendi. In delinquentibus, & contumaces per se, vel alium, seu alios etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii inquirendi, ac meritis poenis puniendi, modos, & formas in praefatis servandos praescribendi concedimus, & impertimur.

Obstantium  
derogatio.

§. 6. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in aliis Conciliis generalibus editis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Societatum, Hospitalium, & Locorum praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis: quodque personis praedictis, eorumque Ecclesiis, Locis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, necnon personis, eorumque nominibus, cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Locis hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, vel in specie, etiam S. R. E. Camerario, Thesaurario, & aliis Camerae Apostolicae Ministris participantibus, etiam ex causa onerosa quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, & solutiones Decimarum aliter, quam secundum antiquam taxam, & non nisi in universali Decimarum per orbem impositione fieri prohiben., necnon promissionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione praedictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimae hujusmodi minime teneri, neque eas quoad praemissa contra quemcumque locum habere declaramus, aliisque Indultis, & Literis Apostolicis gen-

generalibus, vel specialibus cuiuscumque tenoris existant, per quae praesentibus non expressa, aut totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque tenoribus habenda sit in nostris Literis mentio specialis: quae omnia contra praedicta nolumus cuiquam suffragari, ceterisque contrariis quibuscumque.

Aliae in exigenda Decima conditio- nes praescri- buntur.

§.6. Volumus autem, quod in exigenda, & percipienda praedicta Decima in praesenti, vel saltem sequenti anno, ut praefertur, unum Regnum, unaque Provincia, ac una Ecclesia, necnon unum Beneficium, Domus, seu Locus respective non possit pro alio Regno, Provincia, Ecclesia, Beneficio, Domo, seu Loco molestari, nec gravari: quodque juxta pie memoriae Clementis Papae Quinti etiam Praedecessoris nostri in Concilio Viennensi editam Constitutionem, & praesertim, quod nec calices, nec libri, caeteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata, aliave suppellex ecclesiastica ex causa pignoris capi, recipi, vel distrahi, aut aliis quomodolibet occupari debeant, & illam ubique praecipimus observari: quinimo volumus, quod Praesulibus mille ducati huiusmodi, ac respective curam animarum exercentibus centum, etiam pro ipsorum congrua, ut praefertur, sustentatione remaneant. Quodque occasione istius Decimae Ecclesiae, Monasteria, aliaque pia, & sacra loca quaecumque debitis propterea non fraudentur obsequiis, ac divinis in iis cultus, & solitus Altissimo famulantium, & ministrorum numerus nullatenus minuatur, nec iis quoquo modo injuncta onera, aut pia, quae exerceri solent, opera, & officia ullo modo minuantur, seu negligantur, sed eorum congrue supportentur onera consuetas: quodque praeter praefatam Decimam impositionem quibuscumque juribus nostris, & Collegii S. R. E. Cardinalium, ac Camerae nostrae Apostolicae in aliquo minime praedjudicetur. Ac in eventum, in quem pax in Germania sequeretur, itaut contra haereticos non sit opus bellum continuare, tunc decima per praesentes imposita quoad Indias, Portugalliam, & Algarbiorum, expendatur pro Indiis Orientalibus, & Occidentalibus contra haereticos, & infideles, aliosque invasores catholicae fidei inimicos, & quoad Siciliam contra turcas, & alios infideles, aliosque ejusdem fidei catholicae hostes.

Præsentium transumptis danda fides.

Dat. die 24. Martii 1635. An.XII.

§.7. Praesentium vero Literarum exempla, etiam impressa manu Notarii, publici subscripta, aut alicujus personae in dignitate ecclesiastica constituta sigillo obfirmata, eandem fidem in iudicio, & extra illud ubique locorum facere, quae ipsae originales facerent, si essent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 24. Mart. 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

Confirmatio praefinitionis habitus factae inter Fratres Discalceatos Sanctae Theresiae, & Fratres primi Instituti, vulgo de Monte Sancto, nuncupatos.

De Fratribus Carmelitis vide in Constitutione. LXXVIII. Ut vivendi. Honor. III. Tom. III. fol. 242. Et de Carmelitis Discalceatis vide in Constit. CXXI. Pia consideratione. Greg. XIII. Tom. IV. Par. III. fol. 448. Et in hujus Pontificis ad Constitutione. CXXII. Romanus. Tom. V. Par. V. fol. 325.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Inter caetera apostolicae sollicitudinis curas, quibus jugiter premimur, ea Nos potissimum urget, ut perfonae regulares in pacis amoenitate feliciter regantur, & gubernentur.

Proemium.

§.1. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Prioris Generalis Fratrum Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Nobis expositum fuit, quod alias cum inter Fratres Discalceatos S. Theresiae, & Fratres primi Instituti, seu Seminarii de Propaganda Fide, vulgo de Monte Sancto nuncupatos, aliqua dubia circa habitum suborta essent: ad removendam omnis controversiae, & litis materiam, habita ratione eorum, quae ab utraque parte coram dilecto filio nostro Martio S. Mariae Novae Diacono Cardinale Ginetto nuncupato, dilecti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectore allegata fuerunt: de eorum consensu a se pro Fratribus primi Instituti decretum fuit, uti ipsi Calceati semper incedant, tunicamque deferant ex lana, quae in Provinciis minori, & viliori pretio emi poterit, coloris grisei, nigri, vel ad nigredinem tendentis cum manicis strictis, scapulari aliquantulum breviori, tunica latitudinis sexdecim digitorum per transversum, necnon cum capucio, cujus anterior extremitas descendat ad octo digitos super pectus, & posterior usque ad cingulum, & decenter utrumque humerum cooperiat; ipsum vero capucii caput ad formam capitis rotundum erit, & strictum, & illis iisdem mensuris correspondere debet capucium album. Habebunt insuper cappam albam laneam ad collum crispam cum plicis octo digitis tunica brevioris, & pallium, de quo fit mentio in Constitutionibus Ordinis part. 1. cap. 16. §.2. sive in Conventu, sive extra talis erit formae, ut ejus distinctio a Cappa Discalceatorum sit nota, & evidens: utenturque galero nigro, si quando ejus necessitas illis occurrerit. Ut autem praedictis Religiosis imposterum ea retractandi, vel dissidendi libera tollatur facultas; quin potius, ut in vinculo pacis Domino famulentur; Nobis propterea di-

Cause hujus Constit. referuntur, ac decretum defu- per emanatum.

etus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune, ut infra, providere de benignitate apostolica dignaremur.

Quo modo confirmat.

§.2. Nos igitur dictum Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio Decretum praedictum apostolica auctoritate, tenore praesentium, approbamus, & confirmamus, illique in violabilis apostolica firmitatis robur adicimus; ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausulas praeservativas addit.

§.3. Decernentes Decretum huiusmodi, necnon praesentes Literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in violabiliter observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria removet.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 5. April. 1635. An.XII.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Aprilis 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

Constitutiones, quibus revocantur viva vocis Oracula, non comprehendunt illos Officiales, quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi solebat.

Concessionem viva vocis Oraculo factas, exceptis Oraculis factis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, & eorum manu firmatis, revocavit Gregor. XV. in Constit. LXIII. Romanus. Tom. V. Par. V. fol. 37.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias felicitis recordationis Gregorius Papa XV. Praedecessor noster, ut subnascentibus jugiter variis difficultatibus, & abusus ex privilegiis a Sede Apostolica viva vocis oraculo saepenumero concessis obviam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequenti, videlicet: Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in saecula militantis Ecclesiae &c. Omititur haec Constit. quia eam habes loco in Rubr. cit.

Refert Constit. Gregor. XV. indicatam.

§.2. Et subinde per Nos accepto, quod experientia rerum magistra compertum erat, concessionem, & gratias viva vocis oraculo, etiam a S. R. E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, saepe ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in disciplina ecclesiastica detrimentum executioni demandari; Idcirco, quantum cum Domino potuimus, his, & aliis malis occurrere volentes: Motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium huiusmodi mature discutendum, commisimus, omnia, & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias quascumque per Summos Pontifices Praedecessores nostros, ac per Nos viva vocis oraculo, etiam S. R. E. praedictae Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Provincialibus, caeterisque Superioribus, & personis cuiusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, sive secularibus, sive regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Societati Jesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris, aliisque personis praedictis, quacumque de causa, etiam de necessitate exprimenda, occasione, praetextu, vel colore, etiam intuitu, & contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut aliis quomodolibet concessa, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, apostolica auctoritate revocavimus, cassavimus, sustulimus, abrogavimus,

Ipsam Greg. Constit. hic Pont. extendit ad Oracula etiam facta. S. R. E. Card. & eorum manu firmata.

vimus, & annullavimus, ac de cetero revocata, cassâ, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nullique deinceps suffragari posse, nec debere declaravimus, prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc illam declarat non comprehendere illos officiales, quibus ratione munerum antea de Summi Pont. oraculis fides haberi solebat.

§.3. Cum autem pro tempore existentibus nonnullis nostris, & Sedis Apostolicæ Officialibus, seu Ministris, qui eorum officiorum, seu munerum ratione, de gratis, concessionibus, & dispositionibus quibuscumque per Nos faciendis, mandatisque, & iussionibus nostris exequendis, aliisque rebus, & negotiis gerendis, Nobiscum diversa tractant per se, seu de eorum mandato facienda, gerenda, & executioni demandanda, viva vocis oraculo commiserimus, & in dies circa ea, quæ ad cuiuslibet eorum officium, seu munus, quo funguntur, pertinent, committimus; Nos firmiori gestorum de mandato nostro per eosdem Officialibus, seu Ministros validitati, eorumdemque Officialium, seu Ministrorum securitati consulere volentes; Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine Officialibus, seu Ministris predictis, quibus aliis ante emanatas predictas Constitutiones ex officiorum suorum auctoritate, & prerogativa de oraculo per eos a Romanis Pontificibus pro tempore existentibus habito fides haberi solebat, quoad ea, quæ, ut præfertur, ad cuiuslibet eorum officium, seu munus, quo funguntur, pertinent, in Literis etiam nostris predictis super revocatione oraculorum huiusmodi emanatis minime comprehensos fuisse, nec esse, nec comprehendi debere declaramus, & decernimus: & ad abundantiore cautelam eosdem Officialibus, seu Ministris adversus easdem Constitutiones, quatenus opus sit, restitimus, & plenarie reintegramus in omnibus, & per omnia, perinde ac si quoad illos predictas Constitutiones non emanassent.

Clausulas præservativas apponit.

§.4. Decernentes, presentes Literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.5. Non obstantibus Gregorii Prædecessoris huiusmodi, nostrisque Literis præfatis, ac omnibus illis, quæ in dictis Literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 11. Aprilis 1635. An.XII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 11. Apr. 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

Commissio Nuncio Apostolico apud Polonia Regem, ut petente Metropolita Russia inhibeat, ne Regularium cuiuscumque Ordinis Domus aliqua Zyroviciis erigatur.

Ex Regest. in Secret. Brew.

Dilecto filio nostro, & Apostolica Sedis apud charissimum in Christo filiam nostram Vladislavum Polonia, & Sveciæ Regem Illustræm Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Certis de causis animorum nostrorum conventibus de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandæ Fidei præpositorum consilio, tibi per presentes committimus, & mandamus, ut si id expedire, & non subesse periculum alicujus scandali, aut inconvenientis subsequatur cognoveris, Venerabili Fratri Metropolite Russia Literas inhibitoriales auctoritate nostra concedas, ne inconsulta Sede Apostolica in Pago Zyrovicis, ejusque districtu novas Domos, sive Conventus, aut Hospitia per Religiosos cuiusvis Instituti, vel Ordinis erigantur, construantur, aut adificentur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Commissio, de qua in Rubrica.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima octava Maii 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

Dat. die 18. Maii 1635. An.XII.

CDLXXXIX.

Regulares, qui ultra vota solita, etiam votum emittunt de non petenda, aut non acceptanda extra Religionem dignitate, per quamcumque eorum translationem, seu habitus privationem, aut dimissionem, a voto huiusmodi nullatenus liberantur.

Diversis Regularium Ordinibus ambitum prohibuerunt Pontifices, & hoc videre poteris in Repertorii Verbis, ad singula eorum nomina.

His addo, quod super Professionibus per Regulares emissis, non factis in locis designatis Novitiatu edidit hic Pontifex Constit. CCCLXIII. Religiosos. Tom. VI. Par. I. fol. 271. Qui subjectos declaravit ipsos Regulares, quantumvis exemptos, Constitutionibus Apostolicis in conventibus fidem catholicam, & sanctæ Inquisitionis officium, ut in Constitutione CCCLXXXVII. Cum seors accepimus. ibidem. fol. 293. Et super Missionibus ad Japoniam nonnulla statuit in Constitut.

stituit. CDXXV. Ex debito, Tom. VI. Par. I. fol. 338.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. CUM, sicut accepimus, diversorum Ordinum, Congregationum, & Institutorum, ac etiam Societatis Jesu personæ regulares, ultra alia vota, etiam votum, promissionem, sive juramentum solemniter, sive simpliciter emittant, aut present de non petenda, nec procuranda, minime acceptanda aliqua dignitate, neque aliqua superioritate extra eorum Religionem;

§.2. Quoniam vero propter infirmitatem, seu aliam legitimam causam, Sedes Apostolica aliquibus personis regularibus licentiam aliquando impertitur, se de una ad aliam Religionem, etiam speciali nota, & expressione dignam, etiam laxioris observantia transferendi, necnon aliqui etiam Religionum supra expressarum, & cuiuslibet earum Generales, vel alii Superiores vigore, ut asserunt, facultatum sibi per Sedem eandem concessarum, translationem de una ad aliam Religionem, aut strictiorem, vel laxiorem regularibus suis, sive per viam expulsiōis, sive alio quovis modo concedunt; vel aliis regularibus suis huiusmodi, ut se transferant, occasionem præbent: vel etiam ipsi regulares ex aliquibus causis licentiam manendi extra Claustra, etiam in habitu Clerici, vel Sacerdotis secularis aliquando obtinere solent;

§.3. Ideo, ne per præfatas, & quascumque alias translationes, expulsiōes, & dimissiones habitus regularis eorumdem regularium, quavis auctoritate, licentia, occasione, ratione, & causa quantumlibet rationabili, favorabili, pia, & publica, etiam in corpore juris clausa, sive ratione majoris boni, ac aliis quomodolibet hæcenus, & pro tempore factas, & faciendas, possint regulares huiusmodi hæcenus, & pro tempore, ut præfertur, translati, expulsi, etiam post habitum religionis dimissum, pretendere se a dicto voto, promissione, sive juramento de non petendo, nec obtinendo aliquam dignitatem, & de illam etiam motu proprio collatam non acceptando, fuisse, vel esse liberatos, quantum cum Domino possumus, opportune providere volentes; necnon voti, promissionis, seu juramenti, ac facultatum, licentiarum, expulsiōum, & causarum, aliorumque etiam de necessitate exprimendorum veriores, & totos tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione declaramus, & decernimus, quoscumque regulares predictos cuiusvis Ordinis, Congregationis, &

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

Instituti, etiam quomodolibet exempti, etiam Societatis Jesu, per quamcumque translationem hæcenus, & imposterum quoadcumque de sua ad aliam Religionem, vel Ordinem, ut præfertur, seu aliis quomodolibet, etiam pluries, & per quamcumque expulsiōem, habitusque regularis dimissionem pro tempore factas, non esse, nec fore, minime dici, aut censerî posse, seu debere a præfato voto, promissione, seu juramento liberatos: sed eos hæcenus, & pro tempore, ut præfertur, translatos, expulsiōs, ac a delatione habitus regularis absolutos, vel privatos, quarumcumque dignitatum huiusmodi, proinde incapaces, & ad illas petendas, acceptandas, & obtinendas, inhabiles remanere in omnibus, & per omnia, perinde ac si translati, expulsi, seu a delatione habitus liberati, seu privati non fuissent.

§.4. Præfentes vero literas, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, & auditi, minime cause, propter quas eadem præfentes emanaverint, adductæ, verificatæ, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite a jure, vel facto, aut Statuto, vel consuetudine aliqua resultantem, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse; neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis, & faciendis comprehendî; sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

Hinc Constit. clausulas præservativas apponit.

§.5. Sicque, & non aliter in præmissis. D. omni-

1635. Alii iudicandi facultatem tollit.

omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.6. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariae nostrae Regulis, & quatenus opus fuerit, etiam illa de iure quaesito non tollendo, ac cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praedictum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicationem in Urbe omnes officii decernit.

§.7. Ut autem praesentes, & in eis contenta quaecumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam praetendere possit; Volumus pariter, & mandamus, quod eadem praesentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiam Lateranensem, Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariam Apostolicam valvas, ac in acie Campi Florae affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur: quae sic publicatae, & affixae, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

Transumptis fidem dari jubet.

§.8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima prima Maii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi, 1636. die vero 20. mensis Novembris, retrospectiva Litera Apostolica affixa, & publicatae fuerunt ad valvas Ecclesiae Lateranensis, Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariam Apostolicam, & in acie Campi Florae, per nos Antonium Bardum, & Fulvium Marzittellum Sanctissimi D. N. Papae Cursores.

Hieronymus Vecchionus Mag. Curf.

CDLXXX.

Facultas Nuntio Apostolico in Regno Neapolis examinandi Testes, & procedendi contra Episcopos non residentes suis in Ecclesiis.

Ex Reg. in decret. brev.

Constitutionem ab hoc Pontifice editam contra Episcopos non residentes, vide superius Num. CDL. Nuper. Tom. VI. Par. I. fol. 375.

Dilecto filio Magistro Nicolao de Herrera in utraque Signatura nostra Referendario nostro, & Apostolicae Sedis in Regno Neapolitano Nuntio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. CUM residentia a Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis ordinata, praecipue in Ecclesiis Cathedralibus, & Majoribus in praedictum servitium earumdem Ecclesiarum, ac curam animarum Praefectis eisdem Ecclesiis commissarum negligenter, Nos pro nostri pastoralis officii debito, ac Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, Constitutionem, & Decretum Consistoriale sub die 12. & 18. Decembris 1634. respectivo super eadem residentia sub certis tunc expressis censuris, & poenis faciendam edidimus, prout in Constitutione, & Decreto huiusmodi, quorum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Recente editam a se Constitutionem suam per residentia Episcoporum.

§.2. Quoniam vero, sicut accepimus, nonnulli ex Praefectis Ecclesiis huiusmodi, postposito Dei timore, in diversis Civitatibus, & Locis extra Loca debite ab eis residentiae moram trahant; alii vero post plures annos a die eorum provisionis, & praefectionis eisdem Ecclesiis decursos haecenus ad residendum apud Ecclesias suas praedictas se conferre de facto distulerunt, & differunt, & ab eisdem Ecclesiis suis contumaciter absque nostra, & huius Sanctae Sedis licentia absunt; parum vero foret, Constitutiones Apostolicas edere, nisi executioni demandarentur; Idcirco motu pro-

Facultas Nuntio Neapolit. de qua in Rubrica.

circu pro-

Dat. die 21. Maii 1635. An. XII.

tu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, Te ad omnes, & quascumque diligenter necessarias, & opportunas, & alias quomodolibet tibi benevolens per Te, vel alium, seu alios a Te subdelegandos faciendas, ac Testes, aliasque probationes recipiendas, & examinandas, tenore praesentium constituimus, & deputamus, cum facultate quoscumque processum circa praemissa, ac eorum, & cuilibet illorum occasione necessarios, & opportunos tibi benevolens contra omnes, & singulos Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscumque Ecclesiis Cathedralibus, & majoribus Praefectos quacumque Dignitate praeditos etiam S. R. E. Cardinales, cuiuscumque qualitatis, status, gradus, & conditionis, etiam speciali nota, & expressione dignos apud suas Ecclesias quacumque de causa, ratione, vel praetextu non residentes, seu ad residendum in eis non se conferentes, vel alias extra residentiam suam quomodolibet moram contra, aut praeter eisdem Constitutionis, & Decreti Consistorialis tenorem trahentes faciendi, ac eisdem processum ad Nos, & Sedem Apostolicam transmittendi, aliaque in praemissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna dicendi, gerendi, & exequendi. Non obstantibus omnibus illis, quae in praedicta Constitutione volumus non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 30. Maii 1635. An. XII.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die trigesima Maii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CDLXXXI.

Quod assertiones, & enunciationes scriptorum, & aliorum quorumcumque non faciant fidem, nisi servata forma in hac Constitutione praescripta.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

IN supremo iustitiae folio, & apostolicae potestatis plenitudine a Domino constituti, inter ceteras pastoralis officii nostri curas, in eadem boni patrisfamilias exemplo libenter incumbimus, ut non modo unicuique, quod suum est, aqua lance tribuatur, verum etiam Camera Apostolicae, Ecclesiarumque omnium, & personarum eis in divinis inservientium iura facta testataque opportunis rationibus praeserventur, nec literarum ab hac Sancta Sede emanatarum, ob sinistram, & malitiosam quorundam interpretationem, sive enunciationem, effectus eludatur.

Quia nonnulli scriptores, glossatores, & commentatores scripto, vel

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, ocularique inspectione cognovimus, nonnulli scriptores, glossatores, expositores, interpretes, & commentatores tam historiarum, Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

rum, etiam antiquarum, repetitionum, tractatum, & allegationum, seu consiliorum, glossarum, & annotationum, collectione, seu quaestionum, vel, ut vocant, decisionum, ac resolutionum, disceptationum, expositionum, declarationum, controversiarum, & aliarum quovis nomine nuncupatarum scripturarum, etiam typis impressarum, ac compositionum, & librorum etiam impressorum, etiam super interpretatione Sacrae Scripturae, Sacrorum Canonum, & Conciliorum, ac Legum, etiam Imperialium, & Pragmaticarum, sive Decretorum, & Statutorum, etiam Regnorum, & Provinciarum, quam quarumcumque aliarum materiarum, etiam pactiorum, etiam mutuarum, concordatorum, compactorum, capitulationum, articulorum, seu conditionum etiam pacis, seu foederis etiam generalis, seu treguarum, ac quorumcumque contractuum, conventionum, donationum, dationum, emphyteuticationum, infundationum, investiturarum etiam de Terris, Castris, Civitatibus, Regnis, seu Provinciis, ac facultatum, licentiarum, indultorum, privilegiarum, gratiarum, commissionum, delegationum, constitutionum, sanctionum, & dispositionum, quarumcumque, ac cuiusque generis, & specie etiam speciali nota, seu expressione dignarum, quascumque artes liberales, & alias quascumque materias tam profanas, quam ecclesiasticas, & spirituales tractantium, seu continentium, & quae quomodolibet praeminentias, dignitates, jurisdictiones, superioritates, confinia ditiorum, resque, & iura etiam Sedis Apostolicae, & quorumcumque Principum cuiuscumque qualitatis, conditionis, status, dignitatis etiam ecclesiasticae, & cuiuslibet alterius praerogativa, & praeminentiae, etiam quarumcumque Rerumpublicarum, Universitatum, Civitatum, Communitatum, Nationum, & quorumcumque aliorum alii praesentium, etiam Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, etiam cuiuslibet ordinis, & militiae regularium concernunt, & aliis quomodolibet interesse Sanctae Romanae Ecclesiae, & Sedis praedictae, ac Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum tangunt, ausi fuerint, & audeant asserere, & affirmare, seu enunciare, a Nobis, Romanisque Pontificibus Praedecessoribus nostris emanasse diversas concessiones, gratias, indulta, privilegia, aliasque diversas dispositiones, cum tales, & talia non emanaverint, vel saltem aliter, quam ipsi sive malitiose, sive erronee suis commentis, sive compositionibus tam calamo exaratis, quam typis impressis haecenus etiam antiquitus dixerint, & publicaverint, dicantque, & publicent, etiam ratione monumentorum, ac aliorum quomodolibet in publico expositorum; imo, quod peius est, etiam non erubuerint, nec erubescant in suis scriptis, ac tractatibus etiam impressis ponere assertos tenores praesentiarum, Literarum Apostolicarum tam sub plum-

impressione aut enunciatione asserunt edidas nonnullas Constitutiones a Sede Apostolica in praedicta ipsius Sedis Ecclesiasticum, seu aliorum locorum plurimum;

bo, quam sub Annulo Piscatoris, ut dicunt, ab hac Sancta Sede expediturum, & illos vel falsos, vel valde diminutos, ac truncos inferere, omittendo restrictiones, seu limitationes temporum, & alias substantiales, ac diversa, & plura alterata inferendo, ponendo, referendo, seu enunciando, ita fingendo concessionem, quae facta non fuerint, vel concessionem esse perpetuam, & unius tenoris, cum fuerint ad certum etiam modicum tempus, seu etiam alterius tenoris, ac aliter multis modis unum pro alio asserere, affirmare, vel enunciare voluerint, & velint, suasque asseriones, & scripta ediderint, & impreserint, edantque, & imprimant, publicentque in praedictum Ecclesiarum, & locorum piorum, Cameraeque, & Sedis Apostolicae;

Declarat huiusmodi asseriones, enumerationes, & enunciations, & scriptas, vel impressas nullam fidem facere in iudicio, nec extra in praedictis Sedis Apostolicae Ecclesiarum, seu aliorum locorum, & personarum, etiam in favorem alterius Ecclesiae, Loci Pii, & nisi prius confiterentur de ipsarum originalibus recognitionis, seu ex tractis a Datario, Secretario Brevium, Praefectis Archiviorum, vel aliis Sedis Apostolicae officialibus.

§.2. Quapropter Nos his fraudibus, & malitiis, ac etiam erroribus, & praedictis, quae etiam defectu imprimentium, multoties occurrunt, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare volentes, ipsarumque historiaram, tractatum, repetitionum, allegationum, compositionum, interpretationum, & asserionum, ac insertionum, & enunciativarum quarumcumque, aliorumque praefatorum cujuscumque generis, & speciei sint, ac super qualibet re, & ex quacumque occasione, vel causa, & a quibuscumque personis facta fuerint, etiam si speciali mentione, & expressione, imo etiam de verbo ad verbum insertione, vel relatione indigerent, tenores etiam majores, & veriores pro insertis, & expressis habentes, Motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo validura Constitutione declaramus, & decernimus, omnes, & singulas praefatas asseriones, narrativas, insertiones, relationes, expositiones, declarationes, & enunciativas, ac quascumque expressiones quarumcumque gratiarum, concessionum, indulgentiarum, privilegiorum, ac dispositionum apostolicarum, & quorumcumque aliorum, ut praemittitur, ac alias quomodolibet a praefatis, & aliis quibuscumque scriptoribus, & auctoribus, etiam quoad alia receptis forsitan, & approbatis, etiam antiquis, antiquioribus, & antiquissimis factas, scriptisque exaratas, & typis impressas, nullam fidem, nec iudicium, aut probationis speciem, seu adminiculum fecisse, nec facere in iudicio, nec extra iudicium, in damnum, laesionem, seu praedictum Sedis Apostolicae, Ecclesiarum, & locorum piorum, eaque obtinentium, ejusque, & eorum iurium quorumcumque, ac dignitatum, & jurisdictionum, etiam in favorem cujuscumque alterius Ecclesiae, loci pii, & ecclesiasticae personae, nisi si, & postquam constiterit, de originalibus Literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, Chirographorum, supplicationum, vel Motuum propriorum, seu in defectum originalium, nisi prius ipse gratiae, indul-

ta, concessionem, privilegia, & quacumque alia dispositiones, quae ut praefertur, per Nos, ac Romanos Pontifices asseruntur factae, fuerint recognite, seu extractae a Datario, Secretario Brevium, & Praefectis Archiviorum, ac Magistris Registrorum, aliisque ejusdem Sedis Apostolicae officialibus respective, & per eosdem officiales cum earum originalibus auscultatae, collatae, & concordare inventae, seu respective recognite, ita ut quibuscumque scriptorum, aliorumque praefatorum asserionibus, narrativis, insertionibus, relationibus, enunciativis, & expressionibus gestorum, concessorum, & dispositionum, ut dicunt, vel pro tempore dicent, per Nos, seu Romanos Pontifices Praedecessores, & Successores nostros, nulla fides unquam adhibeatur, nec adhiberi possit, nisi confitito prius de narrato, relato, inserto, asserito, & enunciato authentico, videlicet per originale exhibendum, vel per sumptum, ut praefertur, extrahendum, & respective recognoscendum.

§.3. Et quoad ea, in quibus agitur quomodolibet de aliquo interesse, vel praedictio Camerae, & Sedis Apostolicae, nisi ultra praefata, etiam concurrat, quod praedicta extractio, collatio, & auscultatio, ac respective recognitio facta fuerint, citato, & audito Camerae Apostolicae Commissario pro tempore existente; & nisi officiales huiusmodi in eorum, & earum extractione, & subscriptione attestentur de citatione, auscultatione, collatione, & concordia, ac respective recognitione praedictis. Et item statuimus, & decernimus esse observandum respectu gratiarum, concessionum, indulgentiarum, privilegiorum, ac quarumcumque aliarum dispositionum, quae imposterum a Nobis, seu a Romanis Pontificibus Successoribus nostris canonice intrantibus, emanasse asserentur, ut illarum asseriones, insertiones, & enunciativae, aliaque praemissa, & quodlibet eorum a quibuscumque scriptoribus, & auctoribus, ut praefertur, pro tempore faciendae, & faciendae, nullam fidem, iudicium, vel probationem faciant in praedictum Sedis Apostolicae, & aliorum praefatorum in iudicio, & extra iudicium, nisi si, & postquam auscultatio, & respective citatio, aliaque praemissa omnia, & singula pariter intervenerint.

§.4. Praesentes quoque Literas, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, ad ea vocati, & auditi, & causa, propter quas eadem praesentes emanarint, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus iustificatae fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in praemissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quavis alia servanda, & adim-

Vult insuper, quod ubi agitur de interesse Sedis Apostolicae, vel Camerae praedictae extractio fiat citato, & audito Camerae Apostolicae Commissario, & in subscriptione extractarum fiat mentione de huiusmodi citatione.

Clausulas praeservativas apponit.

& adimplenda, adimpleta, & servata non fuerint, aut ex quovis alio capite a iure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam praetextu enormis, enormissimae, & totalis laesionis, aut alia quacumque causa etiam in corpore juris clausa, etiam quantumvis rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis integrum, a peritionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse; neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore, quomodolibet faciendis comprehendendi; sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

Decretum irritant superaddit.

Contraria revocant.

§.5. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, ac alios quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate interpretari, iudicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus feret, nostra de non tollendo iure quaesito, ac quibusvis aliis nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem, importantes mentio, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis,

& insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praedictum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Ut autem praesentes, & in eis contenta quaecumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam praetendere possit; Volumus pariter, & mandamus, quod eadem praesentes per aliquem, seu aliquos ex Curforibus nostris ad Ecclesiam Lateranensem, Basilicam Principis Apostolorum de Urbe valvas, ac in acie Campi Florae affigantur, & publicentur: quae sic publicatae, & affixae, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arceant, ac si unicuique illorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

§.8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Junii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, die vero vigesima mensis Novembris, retroscriptae Literae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad valvas Ecclesiae Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, per nos Antonium Bardum, & Fulvium Marzirellam Sanctissimi Domini Nostri Papa Cursores.

Hieron. Vecchionus Mag. Curf.

CDLXXXII.

Facultas Nuncio Neapolitano permittendi Civibus Neapolitanis, ut cum Clero transigere possint super novo quodam imposto vestigali.

Dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicae in Regno Neapolis Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Communitas, & homines Civitatis Neapolitanae, quod cum summam unius millionis scutorum per eos charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico, qui etiam Rex Neapolis existit, oblatam nulla alia faciliore, quam infra scripta ratione, congerere possent, gabellam duorum granorum pro quolibet rotulo ad aliud granum auxerunt.

Mandat praesentem Constat publicari in Urbe, & publicatam omnibus afficeret.

Et ejusdem transumptis credi.

Datum die 1. Junii 1635. An. XII.

Et Regis. in decret. Brevis.

Cives Neapolitani cum clerico transigere cupiunt super novo quodam imposto vestigali.